Iuran

Q. F. F. F. Q. S.

ADMONITIONEM DE VITANDO PERIVRIO QVAE FIT PER CLERICVM



EDISSERENT

PRAESES

GVSTAVVS HENR. MYLIVS

ICTVS

IVDICII SVPREMI PROVINC. SAXON. ET FACVLT. IVR. QVAE LIPSIAE FLORENT, ASSESSOR

ET

GOTTLOB FRIDERICVS HELBING

HERING. THVR.

AVCTOR RESPONDENS.

D. XII. NOVEMBR. MDCCXXXIII.

LIPSIAE

LITTERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMII.

ILLVSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO

DOMINO

GOTTLOB ERDMANN DE BERLEPSCH

HEREDITARIO IN SEEBACH ETC.

SACRAE REGIAE MAIESTATIS BORVSSICAE APVD COPIAS PEDESTRES VEXILLIFERO PERQVAM STRENVO

ILLVSTRIS FAMILIAE STATORI MVSARVM FAVTORI

PATRONO ET EVERGETAE SVO OMNI HONORIS ET OBSERVANTIAE CVLTV AD CINERES VSQVE DEVENERANDO

HAS

PRIMITIAS ACADEMICAS

EA

QVA DECET ANIMI SVBMISSIONE

PRO MAGNIS IN SE COLLATIS

BENEFICIIS

GRATA ET SVBMISSA MENTE

OFFERT

SIMVLQVE PERENNEM FELICITATEM

VOVET

GENEROSISSIMI EIVS NOMINIS

CVLTOR PERPETVVS

GOTTLOB FRIEDRICH HELBING.



PErtinet cum maxime ad legislatorem, aeque ac iudicem, ne iurisiurandi religio in republica vileſcat, aut periuria nimium frequententur, prouidere: (a) Inde eſt, quod de minuendo iuramentorum numero, euitandoque purgatorio tantopere laborent prudentes, (b) inde ſedulo opera datur, vt ab iis potius, quos omnium minime peieraturos eſſe credibile eſt, qui verbi gratia, de facto ſuo, aut de veritate, non de alieno, aut de eo, quod credunt, iurare poterunt, iusiurandum exigamus. Nec aliunde deducendi ſunt tam multiplices, et ad ſacrum quendam horrorem excitandum, ſufflaminandosque, ſi qui ſunt, pietatis igniculos, comparati iurantium ritus, qui non heri demum, aut nudius tertius reperti, ſed iam olim omni antiquitati (c) approbati ſunt. Ad quos, arbitror, ritus et pertinet, quod qui iuraturus eſt, de cauenda peieratione, deque ea, quae periuros manet, poena ſollicite moneri debet. (d) Eſt enim tam periculoſae plenum aleae negotium, deiurio ſe obſtringere, vt nunquam quisquam a Iudice eo admitten-

mittendus ſit, niſi antea de officio ſuo, deque veritate dicenda, vitandoque mendacio inſtruatur. Quod ſi ſemper omnino verum habetur, vix opus erit, vt, quod nonnullis Iureconſultorum collegiis ſolenne eſt, ſententiae inſerantur verba: Nach vorgehender ſcharffen Verwarnung vor der ſchweren Straffe des Mein-Eydes ꝛc. ꝛc. (c) Sed contingit interdum, vt vix ſufficere iuraturi leuitati videatur iudicis admonitio, adeo, vt alia, eaque religioſiori adhortatione opus ſit. Quod ſi accidit, tum iudici additur, atque de eadem re inſtruere iuraturos iubetur diuini verbi miniſter, hac ferme formula: Nach vorgehender ſcharffen Verwarnung vor der ſchweren Straffe des Mein-Eydes, wobey auch ein, (nonnunquam oder mehr) Geiſtliche zu gebrauchen. Quod cum fere indies in foris noſtris occurrat, nec tamen ex inſtituto a quoquam, quod nouerim, excuſſum ſit, facturus ſum operae pretium, ſi quae ad *admonitionem Clerici de vitando periurio* pertinere intelligam, ex inſtituto perſequar. Ita vero operam partiar, vt *primo* eos caſus, quibus in ciuilibus cauſſis, aeque ac in criminalibus arceſſi clericus debeat, enarrem, *poſtea*, quis ex pluribus adhibendus ſit, expendam, *tum* officium ipſius, poſtremo loco honorarium conſideraturus. Te, Beneuole Lector, rogatum volo, vt hanc paucorum dierum, vel noctium potius, lucubratiunculam aequi bonique conſulas, et, niſi fauore Tuo, vel venia digneris.

(a) confer. GOD. SVEVI Diſp. de Iudice circa vitanda periuria prouido, et CASP. ACHAT. BECKII, de periurii occaſione praeſcindenda.

(b) Vir Exc. GEORGIVS SAMVEL LVDOVICI, qui *Pot. Regi et Elect. noſtro* in ſenatu iuſtitiae et prouocationum nunc a conſiliis eſt, vſum iurisiurandi purgatorii in foris proteſtantium improbare ex eo videtur, quod rariſſima eorum occurrant

rant exempla, qui metu vindictae diuinae hoc iuramentum recusent, atque adeo delictis commissis addantur noua periurii crimina, quibus merito omnis occasio praescindenda, et indiciis grauato potius poena extraordinaria dictanda sit, maxime cum purgandi hic modus iuri canonico et veterum superstitioni, qui miraculoso quodam modo ex praesentia et tactu reliquiarum sanctorum veritatem et iudicium diuinum erui posse credebant, natales debeat, sensimque Legibus Imperii et Domesticis Germaniae nostrae receptus et suffragiis eruditorum approbatus sit. Vid. Dn. Autoris *Diss. de Vsu iuramenti purgatorii in criminalibus. §. VII. XII. XXVII.* in qua plurima, quae ad historiam Iuramentorum spectant, docte inspersa leguntur.

(c) Non patitur instituti ratio, nec permittunt illi, quibus nos circumscripsimus, cancelli, vt latius hoc loco euagemur, et solennes iurantium ritus ex gentium antiquitate repetamus. Et collocarunt iam in ea re operam Viri Clari, et sua quisque laude non fraudandi, IOAN. BAPT. HANSENIVS, ERYC. PVTEANVS, et LVD. ROTHIVS, IOAN. NICOLAI, IAC. FRID. LVDOVICI, THEOD. REGN. A BASSEN, aliique forte plures, qui aut singulari libro, aut Disputatione Academica de Iuramentorum solemnibus exposuerunt. Sed quos omnes longa intercapedine superabit EVERHARDVS OTTO vbi Exercitationum, quas de Iurisprudentia symbolica orbi erudito debet, sextam publicae luci exposuerit. v. *Triadem Exerc. de Iurisprud. Symbol. praef. p. 6.* Celebre inprimis est apud Romanos *Libonis puteal* quod qui iurant

- - *Multa incauti vibice flagellant:*

quod doctissima et ab omni parte absoluta commentatione illustrauit V. C. CRELLIVS Vitebergensis Professor.

(d) Hoc Recessus Imp. anni 1654. in caussis Prouocationum, vbi de calumnia procuratoribus iurandum est, serio iniungit in verbis: Durch Procuratores, denen der Eyd vorhero wohl zu schärffen.

(e) *Martini ad Proc. Tit. XIIX. §. 10. n. 55. et XX. §. 3. n. 90.* ex plurimis variorum Principum constitutionibus collegit loca, quae admonitionem Iudicis praeuiam sedulo inculcant. In Electoratu Brunsuico-Luneburgico, et prouinciis ei annexis iudici formula comminatoria praescripta, qua admonere debet iuraturos testes. Ordinationes Tribunalium, quibus insertae hae formulae, indicat ESAIAS PVFENDORFF *in Introduct. in Proc. Ciuil. El. Br. Lun. P. III. Cap. VII. §. 43.*

§. II.

Operae vero pretium fuerit ante omnia in originem et hiſtoriam huius rei altius ſe penetrare, tum et verum illius fundamentum eruere. Sed vt, quod res eſt, fatear, vix eſt, vt certos illi natales adſignare, aut quo tempore orta ſit haec conſuetudo, definire queamus. An iure Romano admonitio de non peierando obtinuerit, leges tacent, illud vero certiſſimum, quod actus iurandi nonnunquam in praeſentia ſacerdotum apud Romanos celebratus fuerit, vid. *L. 7. §. 5. C. de curat. fur. vel prod.* ibi: *praeſente etiam, tam viro religioſiſſimo locorum antiſtite, quam tribus primatibus*, et publica quidem iuramenta conceptis verbis praeſtabantur, cum verbis praeirent pontifices, ſiue ſacerdotes publici. (a) Quos etiam antiquiſſimis temporibus cognitores et iudices periurii fuiſſe putant MEIBOMIVS (b) *aliique.* Ex eo colligunt, admonitionem, forte etiam ſacerdotis, actum iurandi praeceſſiſſe, v. Dn. KRESSII *Diſſ. de controuerſiis in argumento poſſeſſionis et iuramentorum Cap. IV. §. 14. n. 1.* licet, iusiurandum purgatorium Leges Iuris Romani plane ignorent, quod ſolide demonſtrauit Excell. LVDOVICI *in Diſſ. alleg. de vſu iuram. purg. §. V. VI.* Apud Germanos Veteres, vbi rarior Iurisiurandi vſus, et maior ſemper aſſerti religio, qui verba pro litteris, et ſigillo, dextram pro iuramento habebant, exulauit forte omnis admonitio, nedum, quae fit per ſacerdotem. Ad noſtra tempora quod attinet, CARPZOVII aetate an in vſu fuerit, Clerico interprete de profitenda veritate iuraturum moneri, dubium videri poſſet, cum in ingenti Reſponſorum, ſententiarumque, quae in opere eius criminali coaceruantur, ſylua, ne vna quidem inueniatur, ſane abs me ſedulo ſcrutante

inue-

inueniri non potuerit, quae eiusce ritus mentionem faciat, et in iis, qui Carpzouio antiquiores sunt, decisionum, Consiliorum, practicarum, rerumque criminalium auctoribus, ne volam quidem aut vestigium eius apparere certum sit. (c) Verum enim vero ipsa res moribus et prudentum interpretatione inducta, atque arbitrio iudicis tantum relictum fuisse videtur, vt ne quidem ex praescripto Collegii Iuridici dependeret. Neque enim est aut peregrini iuris aut patrii vlla sanctio, qua id introductum esse videri possit, nisi quod in singularibus quibusdam ciuitatum nonnullarum statutis, ac Principum quorundam constitutionibus, sed non nisi in ipsorum territoriis, hi mores diserte confirmentur. CARPZOVIVS certe in libro, quem inscripsit: Peinlicher Sächß. *Inquisitions*- und Achts-*Procesß*; vbi de admonitione in actu iurandi actuarios *art. V. Tit. X. n. VI.* instruit, ita monet: Ehe und bevor auch der Eyd würcklich abgeleget wird, soll Inquisitus von der Eigenschafft des Eydes mit Fleiß unterrichtet, und vor den Mein-Eyd ernstlich verwarnet werden, da denn dem Richterl. Amte oblieget, Inquisito an einem Theile die grosse Sünde, so durch den Mein-Eyd begangen wird, wohl zu Gemüthe führen rc. zu welchem Ende denn von der Obrigkeit zum öfftern eine Geistl. Person aus dem Ministerio hierzu gebrauchet wird, durch dieselbe die Verwarnung vor der Straffe des Mein-Eydes verrichtet wird. Sic in Codice quodam, Anno MDCX. a Praetore Bellico, Martino Gerhardto conscripto, et a Dn. Praeside mihi exhibito, cui titulus: Beschreibung der Kays. Malefiz-Recht, Spieß- und Stand-Rechten, sequentia leguntur: So einer zu Erhalten seiner Sachen sich loß zu schweren beruffen thät, so soll ihm die Obrigkeit eine Notell des Eydes zustellen, und etliche Tage darauf zu bedenken-

bedencken Zeit geben, auch einen Priester und Seelsorger zu ihn schicken, der ihn gnugsam errinnern mag, was ein solch Eyd auf sich habe, damit Mein-Eyd verhütet, und er davor gnugsam gewarnet werde. Et si verum amamus, est omnino ratio non vna, quae diuini verbi interpretem potius, quam alium quemquam iuraturos interdum monere velit. Praeterquam enim quod a partium omni studio magis abesse credatur Parochus, quam Iudex, is etiam magis serio monere, atque animum iuraturi magis commouere facile intelligitur. Quantum intersit, periurio Deos, hominesque fallere, quantique haec animi leuitas plerisque constare soleat nemo grauius, prolatis, quae hominem magis afficiunt, diuinarum scripturarum verbis, docebit, quam qui magis etiam, quam alii, noctesque ac dies eas versare debet. Creditur ipse animi magis compositi esse, qui aliis prudentiae et virtutis exemplum praeire debet. Et quam saepe ipse Iudex non est ea grauitate, vt huius criminis atrocitatem proponere, et exaggerare possit, quum ipse aut ex alio, aut eodem capite suspectus, aut certe in diuinis litteris tam parum versatus sit, vt risum facilius inquisito, quam veritatem exprimeret. Tum vero accedit, ipsum Clerici habitum, certe eius conspectum, aliquem pietatis sensum, et diuini nominis reuerentiam excitare. Facilius creditur res serio agi, vbi is, qui animarum nostrarum curam gerit, et quotidie Dei ad nos nuncius est, quid fieri debeat, nobis inculcat. Videmur quasi certiores esse, in Dei ea conspectu agi, quae praesente Clerico aguntur. Vt nunc taceam, ex confessione Clerico nonnunquam de veritate facti, quod ille eiurabit, vel aliunde de conditione et fide suspecta iuraturi constare posse. Quae cum ita sint, facile liquet, frustra esse, qui de hoc pleno bonae frugis

ritu,

ritu, e republica eliminando laborant. Neque enim quicquam causae subest, vt a iudicii limine hoc casu ecclesiasten arceamus, aut, quod commodius longe, et rectius a Clerico fit, a Iudice expediri iubeamus. Qui sedulo id agunt, vt quicquid in ministerii, quod vocamus, honorem vergere videtur, id ex nescio cuius hierarchiae Pontificiae principiis deriuent, atque e republica exterminent, illi et hanc clerici in actu iurandi praesentiam, Potentatum quendam in secularibus a Clero sibi arrogatum redolere docent. Sed cum ipsi in asserti sui probatione deficiunt, tum vel hoc argumento confutantur, quod non Papaeorum Iureconsultorum, veterum inprimis placitis, et auctoritate inducta sit haec consuetudo, sed ab iis, qui nostris sacris initiati sunt, omnium maxime frequentetur. Quae cum et vtilitate sua non destituatur, nil attinebit, hoc solo obtentu ei nuncium mittere.

(a) Vid. STRVV. *Synt. Antiqu. Rom. Cap. VII.* THEOD. REGN. BASSENN, *de Iureiur. veterum Rom. cap. IV. §. 3. p. 153.*

(b) in *Comm. ad Iusiurandum Hippocratis magni cap. XXII. n. 23.* vide tamen ea, quae monet IAC. GVTHERIVS *de veteri Iure Pontificio L. II. cap. III.*

(c) Nescio an huc pertineat, quae in *quaestionibus aureis vetustissimi Glossatoris* D. PILEI *modicensis, Romae anno MDLX.* impressis leguntur: *Quidam foenerator dum esset in mortis articulo constitutus Deo reconciliari volens in manu sacerdotis iurauit,* se vsuras de cetero non exacturum, etc. Vid. *qu. CXXV.* cum potius exemplum sit confessionis iureiurando confirmatae, nostris temporibus inauditum.

§. III.

Sunt qui hoc Iuramentum dici putant *doctum*, ein gelehrter Eyd, hoc est, cuius argumentum et periurii grauitatem doctus est, qui iurat. Asserit hoc CHRISTOPHORVS BESOLDVS in thesauro practico,

 verbo:

verbo: Gelehrter Ayd, ist da man die Schwerende zuvor der Straffe des Mein-Eydes errinnert und was der Mein-Ayd auf sich trage, certioriret, oder lehret. Item verbo: Aydt, da nemlich ein Leib-oder Cörperlicher Aydt erfordert, auch dessentwegen, vor praestirung desselben gnugsamer Unterricht de poena periurii gegeben, so vulgo ein Gelehrter Eyd genennet wird. Hunc etiam in continuatione thesauri sequutus est CHRIST. LVD. DIETTHERR, qui sub verbo: Gelehrter Aid, sequentia notauit: *Semper vbi vel a viris, vel mulieribus iuramentum exigitur, auisatio de poena periurii praemitti debet, qua praemissa dicitur:* Daß ein Gelehrter Eyd abgeleget sey: Quod solum periurii poenam meretur, si fractum fuerit. Imo, quod miror, Dn. IOH.PAVL.KRESSIVS in *Diss. alleg.* IAC. PESTEL. *de vsu aequipollentium* §. *XIV.* IAC. FRID. LVDOVICI in *Notis ad Ord. Car. Art. CVII.* textum de iuramento auisato loqui crediderunt. Quibus adstipulantur PETRVS MVLLER *in Not. ad Struuii Synt. Iur. Ciu. Exerc XLIX. T. IV.* §. *22. lit.* γ. et GOD. BARTH *Hodogetha Cap. I.* §. *56. lit. o.* Sed vereor, ne illi errent errorem non exiguum. Praeterquam enim quod iuramentum omnino omne auisatum sit, cum omne praecedere debeat iudicis de cauendo periurio auisatio, neque adeo ad Clerici admonitionem solam haec appellatio pertineat: Ein Gelehrter Eyd ab auisato omnino vehementer discrepat. Est enim Gelehrter Eyd, iuramentum corporale solenne, idem ac: Zierlicher Eyd, et simpliciori ac minus solenni aut simplici adseuerationi opponitur, conf. BERG. *Oecon. L. IV. T. 25. n. 10.* CARPZ. *Decis. 199.* HARTM. PISTORIS *Obs. Sing. 150. n. 5.* Vt adeo, cum hanc denominationem in veteris aeui monumentis offendimus, e. g. in *Priuilegio Ciuitati Vberlingensi a Carolo V.* concesso *apud*

LIM-

LIMNAEVM *Iur. Publ. T. VII. c. 49.* non statim, ius hoc iurandum, de quo sacerdos admonuit, intelligendum sit. Imo nisi me omnia fallunt, Nemesis Carolina *Art. 107.* optime nos edocet, quo sensu olim adhibuerint Legislatores hoc adiectum, cum et in rubro articuli dicatur: Straffe derjenigen, so einen Gelehrten Eyd vor Richter und Gericht meineydig schweren, et in principio nigri: Welcher vor Richter oder Gericht einen Gelehrten Meineyd schweren ꝛc. Id quod etiam textus versionis latinae, quam Iustinus Goblerus Anno MDXLIII. publici iuris fecit, confirmat: *Qui coram Iudice aut in loco Iudicii periurium CONCEPTIS VERBIS sciens committit.* v. ZIERIZII *Obseru. ad d. Art. CVII.* iung. MATTH. STEPHANVS *ad eundem et* CARPZ. *d. Dec. 199.* Minus recte STRYKIVS *in Vsu Mod. Dig. L. XII. T. II. §. 13.* diuersas has opiniones conciliat: res tamen eodem recidit, quia vbi auisatio praecedit Iuramentum, ibi reliqua, quae ad Corporale iuramentum pertinent, negligi non solent.

§. IV.

Dixi ordinario iure, eum, qui sacramenti se religione adstringit *a iudice* officii sui monendum esse: sequitur ergo, vt si *clericus* huic negotio adhibendus sit, id specialiter dici, atque si coram inferiori iudice, qui non ipse de iure cognoscit, res agitur, collegii ICtorum sententia ex vsu fori Saxonici hodierni id iniunctum esse oporteat. Quanquam vereor, vt recte asseueretur, quod nonnullis placere scio, actioni iniuriarum locum esse, quotiescunque Iudex nil tale iussus, interprete Clerico iuraturum admoneri curet. Quamuis enim iste omnino leuitatis alicuius reum insimulare videatur, potuit tamen et bona fide id facere, atque eo potissimum animo, vt facilius omne periurium ab eo, quem nouit iurisiurandi

relligionem parui facere, prohiberetur, hoc ſane animo feciſſe in dubio credendus eſt. Sed poteſt, arbitror, tuto recuſari haec Clerici admonitio, praeuio ICtorum iudicio non iniuncta, certe iusiurandum, quod hoc obtentu in die legitimo non praeſtatur, pro deſerto, aut iuraturus pro contumace recte non habebitur. Dum ergo videndum eſt, quo caſu a ICtis huic actui Miniſter adſciſcatur, opus erit, vt *criminales* cauſas a *ciuilibus* probe ſeiungamus. In illis enim frequentius longe, et facilius, in his rarius id contingit. Nec difficile eſt, eius rei cauſſas ſubminiſtrare. *Primo*, vbi de crimine admiſſo quaeritur, capitis, libertatis, exiſtimationis res plerumque agitur, in ciuili negotio, pecuniae forte, et rei familiaris, quae quamuis etiam in pretio hominibus eſſe ſoleat, facilius tamen, quam vita, libertas et fama negligi poteſt. Quotusquisque mortalium eſt, certe ex iis, qui iure delicti cuiuspiam enormis rei ſunt, qui capite, aut tergo poenas dare, aut aeternos carceres ſubire malit, quam vno periurio ſe expedire? Quis eſt, qui hoc loco conſtitutus, etiam iure reus, non

- - *intrepidus quaecunque altaria tangat?*

Deinde et illi, qui in criminali iudicio delictum eieraturi ſunt, vilioris conditionis plerumque, leuitatisque animi maxime ſuſpecti eſſe ſolent, quum et grauiſſimus quisque vix prouidere poſſit, quo minus in forenſi negotio aliquando iureiurando quicquam adſeueret. *Tum* in criminalibus cauſſis proniores ſunt ad iuramenta Iudices, non tantum, quod mitiorem ſententiam apprehendi aequitas iubeat, ſed et quod perſuaſum iis ſit, melius eſſe, aliquot nocentes poenam elabi, quam vnum innocentem puniri, vel ſaltem torqueri. Denique ſolius reipublicae intereſt, vt, qui delicta perpetrauit, id fateatur, et

poena

poena plectatur, in Ciuili negotio etiam reipublicae, sed potissimum priuatorum, vt quisque suum habeat. Sequitur ex his, vt, quotiescunque admissi turpis facinoris suspicio iuramento amoueri debet, toties regulariter per Clericum de periurii grauitate inquisitus admonendus sit. Sed nec desunt huius regulae exceptiones. Cum enim, vt inferius demonstrabimus, grauior paulo periurii suspicio sola huius ritus caussa sit, necesse est, vt si quando fere nullus, aut is saltem admodum exiguus apparet huius sceleris metus, tum et ipsa cesset Ecclesiastae admonitio. Fac ergo, indicia leuissima ab actu ipso maxime remota, nec tamen omnino nulla adesse, atque ita absolui reum commode non posse, iuramenti quidem, sed absente sacerdote praestiti supplemento ab omni se suspicione liberare debet. Sic et vir grauis et in dignitate constitutus, de quo omnino minime ea, quae obiiciuntur, crimina, credi possunt, non recte a Clerico admoneri iuberetur. vid. STRYCK. *de vsu iuram. in Iudic. cap. I. §. 12.* etiam ex mente *Ordin. Carol.* quae saepius iudici inculcat: Daß er wohl überlege, ob der Angeschuldigte eine solche Person, zu der man sich der That wohl versehen könne. Sed quis sit *vir grauis* et *in Dignitate constitutus*, difficile est definire. Ante aliquot annos Legioni Militari Praefectus von Z. aliquando recusabat sacerdotis praesentiam, ICtorum Lipsiensium sententia iniunctam, et ad ipsius literas supplices iam rescriptum erat iudici Mens. April. 1710. Daß seinem Suchen statt zu geben Bedencken tragen, und lassen es vielmehr bey dem eingeholten Urthel bewenden. Nihilominus Scabini Vitembergenses, postquam is se defenderat, m. Maio 1711. ad interr. des Erb-Amts Meissen pronunciabant, rationem dignitatis viri habentes: Daß jetztgedachter von Z.

 gestall-

gestallten Sachen nach zu Ablegung des ihm zuerkannten Reinigungs-Eydes, jedoch ohne Zuziehung eines Geistlichen annoch zuzulassen. Saltim si ipse sit Clericus, qui iuret, rarissime opus erit, eum de periurorum poenis moneri, quod ipse eius rei satis gnarus esse censetur. Aliud tamen obtinebit, si ipse crebrioribus et atrocioribus criminibus se Clerici nomine et Priuilegiis indignum reddiderit, quamuis vereor, eum, quem sua conscientia non retinet, Clericum, fratris alloquio facile motum iri. Ex transactione et partium compromisso etiam an admonitio sacerdotalis fieri possit, vix dubium supererit, et factum memini in Cancellaria Dresdensi in caussa *Ioh. Georg Rœbigers* contra *Israel Zschuncken.* Cum enim iusiurandum diffessionis et malitiae praeuia admonitione per ministrum ecclesiae vnum vel plures praestandum esset, ex sententia Senatus, qui caussas Prouocationum iudicat, Term. Trin. 1710. sequentem in modum concepta: Es ist aber Appellantens Principal nach vorgehender scharffen Verwarnung vor der schweren Strafe des Mein-Eydes, wozu gestallten Sachen nach ein oder mehr Geistliche zu gebrauchen, unserm jüngst eröffneten Urthel zu Folge das Iuramentum malitiae zu schweren schuldig, so wohl zur Eydl. Diffession des Docum. sub C. nach denen in denen Commission-Acten sub R. fol. 5. 6. befindlichen Notuln annoch zuzulassen, iuraturus in termino de eo, quod ipse propria scientia intuitu scripturae alienae scil. apochae careat, a consiliariis serio admonitus, annuebat tandem, vt pars aduersa intuitu apochae, quam exhibuerat, Suppletorium, quod vocant, iuret, si actus ille eodem modo, praesente nimirum sacerdote, perageretur, id quod Procurator ipsius, desuper transigendo, acceptabat. Sed Quaestio inter Doctores de ea re orta est, si quis alteri iusiurandum, adhibitis certis

tis solemnibus praestandum, detulerit, quod non valere putant, nisi in iuramento Extraiudiciali, cuius forma vnice a partium arbitrio dependet. *Donell. Com. Lib. 24. cap. 6. in fine*. Notatu dignum est exemplum, quod refert *Annaeus Robertus Lib. I. Cap. XI. rerum iudicatarum senatus Parisiensis*, coram quo Titius iuramentum litis decisorium Meuio detulerat, sub hac forma, vt Meuius *praesente Sacerdote infulis sacerdotalibus insignito* taedis ardentibus, in ecclesia iuret, manu sacris libris admota, Meuius vero se dicebat paratum iurare per Dei viui nomen, coram Iudice, tactis etiam sacrosanctis euangeliis. Quid ad haec senatus Parisiensis? reiecit insolitas illas ceremonias, tanquam superstitiosas, et abusiuas, satisque iudicauit, si Meuius hoc, quo declarabat modo, iuraret.

§. V.

Cogitaui aliquando an huius ritus origo forte in eo lateat, quod vulgo creditur, iuramentum, purgatorium inprimis, in caussis criminalibus torturae, eiusque spiritualis loco esse, quae non raro Clerico praesente suscipi et expediri solet. Sed nunc subsisto, nec id asseuerare audeo. Quemadmodum enim inconcinna est haec iurisiurandi appellatio, (a) ita vix dum mihi constat, vtra consuetudo alteram antiquitate superet, illane, quae Clericum equuleo admouet, an quae iurandi actui adesse iubet. Id negari non potest, in vsu esse ICtis, etiam tunc, cum in equuleo rei confessionem tortor exprimit, Clerici praesentiam exigere. Quod cum alias saepe, tum eo casu fieri solet, cum is, qui in torturae loco confessus postea reuocat (b) quae confessus erat. Sed si curate rem intueamur, quid opus est, imo quid attinet, Clericum tormentorum spectatorem esse, cuius efficacissima alias et facundissima colloquia certe minus valent, quam carnifi-

cis

cis fidiculae et ingeniosa crudelitas. Ea de re olim iam grauiter conquestus est Ill. GRIBNERVS Disp. *de repetitione tormentorum confesso inficiante* §. XXVI. Et nunc quantum ad Electoratum Saxoniae attinet, id immutatum est rescripto Regio ad Dicasteria anno 1727. dato, quod si hic apponemus integrum, lectori non ingratam rem facturos esse confidimus. (c)

(a) Vnde forte non ita perperam egit sacerdos, de quo *Ludouici in Proc. Crim. C. II. §. 57. p. 97. refert, illum recusasse hoc officium, sibique et existimationi suae, nescio quid detrimenti metuisse, propterea, quod sententia his verbis concepta erat:* Daß *Inquisit* vermittelst der *Torturae spiritualis* zu befragen. Negari tamen non potest, iussu Consistorii huc vsque iniunctum fuisse ministris ecclesiae, vt in ipso actu torturae adsint, cum enim an. 1709. hic Lipsiae famosus saccularius Iacobus Wallbrunn equuleo subiiciendus esset, ad requisitionem praefecti eiusdem circuli a Consistorio Electorali Superintendenti, Thomae Ittig, iniungebatur, vt ablegaret Diaconum hebdomadarium, hoc modo: Uns hat der Creys-Amtmann allhier zu erkennen gegeben, was maßen in Inquisition-Sachen, Jacob Wallbrunn betrl. zu Recht erkannt worden, daß die Tortur nochmahls wieder ihn vollstrecket, dabey auch, so wohl wenn er etwas bekennen solte, bey der darauf vorzunehmenden Ratification gestalten Sachen nach ein Geistlicher, welcher ihn aus Gottes Wort unterrichte und zurede, anders nichts, als die reine lautere Wahrheit, und wie sich alles in der That verhält, aussage, gebrauchet werden solle, auch nachdem die Diaconi solchem Actui beyzuwohnen sich verweigert, um gemeßene Verordnung gebethen. Wenn wir dann hierbey dem geistlichen Stande nichts unanständiges befinden. Als begehren im Nahmen des Allerdurchlauchtigsten rc. rc. Herrn Friedrich Augusti rc. K. in P. u. Ch. zu S. u. Allergn. Herrn er wolle bey denen Diaconis an der Kirche zu St. Thomas die Verfügung thun, daß der Wöchner auff Anmeldung obbesagten Creyß-Amtmanns angeregten Actui beywohnen, den Inquisitum aus Gottes Wort unterrichten und ihm zureden solle, damit er anders nichts als die reine lautere Wahrheit, und wie sich alles in der That verhält, aussagen soll. Leipzig den 24 Decembr. 1709. Aliud olim placuit Consistorio Dresdensi quoad Ecclesiae ministros Ciuitatis Ossitiensis, ex quibus aliquis ad Torturae locum desiderabatur a senatu ex hac sententia Scabinatus Lips. m. Sept.

Sept. 1691. lata: Dieweil Inquisit H. Z. als ihm die, in unsern vorigen Urthel erkannte Todes-Strafe angekündiget worden, sein vormahls gethanes Geständniß auf gewisse maße anderweit wiederruffen und doch dessen keine erhebliche Ursache angegeben, so wird das fol. 66. befindliche Urthel (ihn mit der Schärffe ziemlicher Weise anzugreiffen,) billich vollstrecket und er über die daselbst vorgeschriebene interrogatoria befragt, auch bey dessen Execution ein Geistlicher, der ihn treulich vermahne, die reine Wahrheit, und ein mehrers nicht als er wahrhafftig dißfalls gethan zu bekennen, iedoch auch nichts böߧlich zu verschweigen, gebrauchet, sequebatur enim M. Oct. dicti anni declaratoria: Daß die Geistlichen eures Orts, wenn sie die Execution des fol. 66. befindlichen Urthels in Person beyzuwohnen sich nochmahls verweigern sollten, die erkannte Vermahnung nach der fol. 119. befindlichen Ober-Consistorial-Verordnung, (scil. in loco Iudicii) zu verrichten anzuweisen.

(b) Vnde non tantum in ipso torturae actu, sed et cum post biduum confessionem repetit, Parochum nonnunquam arcesci iubent. Quod patet ex sententia Dn. Scabinor. Lipſ. Mense Maio 1696. an Stadt- und Land-Richter zu Gera. So ist, wenn er ausser dem Ort der *Tortur* vor oder nach derselben in Güte befraget wird, über die Gerichts-Personen und den *Actuar.* ein absonderlicher *Notarius etc.* Es wird auch so wohl hierbey als bey der *Tortur* ein Geistlicher, der ihn, was er wegen seines Gewissens zu beobachten habe, vorstelle, darzu gezogen.

(c) Ita vero illud: P. P. Demnach von unsern Rechts-Collegiis im Lande zeithero in denen an sie zum Verspruch Rechtens überschickten Inquisitions - Sachen zum öfftern und vielfältig darauf rechtlich mit erkannt worden, daß bey Vollstreckung der Tortur an denen Delinquenten, zugleich auch ein Geistlicher mit gebrauchet werden solle, hierüber aber sich ein und andere Bedencklichkeiten herfür thun wollen; Als ist hiermit unser Begehren, ihr wollet hinkünfftig, ausser in dem äussersten Nothsfalle, oder in atrocissimis delictis auf obige Maaße nicht weiter sprechen und erkennen, oder allenfalls uns hiervon vorhero mit Anführung derer Umstände und Ursachen, warum ihr solches vor nöthig erachtet, euren unterthänigsten Bericht zu fernerer Resolution anhero erstatten. Daran geschiehet unsere Meynung. Datum Dreßden am 9. Octobr. 1727. mihi tamen relatum est, hoc ipso anno admonitorem sacerdotem et ante actum torturae et ea finita, vbi confessio cruciatibus elicita, die Uhrgicht repetenda esset, ex sententia Dnn. Scabinorum Lipsiensium a Iudice quodam adhibitum fuisse.

§. VI.

Haec de criminalibus cauſſis. Quantum ad Iudicia ciuilia attinet, negari non poteſt, et in iis nonnunquam adhiberi ſacerdotem. Quod quamuis olim infrequens fuerit, hodie tamen ſaepius fieri loquuntur, quae plena ſunt eiusmodi exemplis, rerum iudicatarum volumina, (a) licet rarius, quam in criminalibus quaeſtionibus, id euenire ſoleat. Imo cum in illis ordinarium fere ſit, coram clerico deierare, hic ſecus erit, et niſi aliud neceſſitas, aut ſingularis ratio velit, eius praeſentia nihil opus eſt. Quam cum exigunt ICtorum collegia, inſerere ſolent ſolennem formulam: *Quia res ita poſtulat:* **Geſtalten Sachen nach.** Tum vero res hoc exigere creditur, cum peculiaris metus accedit, fore, vt qui iurat, peieraturus ſit. Quandoquidem vero non vna cauſſa exiſtit, quae id ſuſpicari iubeat, in procliui eſt, plures omnino, in quibus ea re opus ſit, caſus contingere poſſe. (b) Omnium vero maxima oritur periurii ſuſpicio, ſi is, qui ſacramento ſe deuincit, ne prima quidem diuinioris doctrinae principia, certe iurisiurandi indolem, et periurii grauitatem, non doctus eſt. Quod vbi ex Actorum voluminibus patet, et ſolent ICtorum collegia, **daß er denen Dienern Göttlichen Wortes zu untergeben, welche ihn unterrichten ꝛc.** pronunciare, et cum ille ad iurandum adigitur, vt coram clerico id fiat, imperare. conf. *Ord. Crim. Marchiae de Ao. 1717. Cap. IX. §. 28.* **vor der Abnahme des Reinigungs-Eydes ſoll** Inquiſito **eine Bedenck-Zeit, um ſein Gewiſſen zu prüfen gegeben, und er nicht allein von dem Gericht, ſondern auch, befundenen Umſtänden nach, ins beſondere wenn der** Inquiſit **geringe Erkänntniß GOttes und ſeines heil. Wortes hätte, von einem Prediger ermahnet werden.** Quoad

Iudaeos

Iudaeos ſingularis notanda ſolennitas admonitionis, quam Summum tribunal Appellationum Cellenſe recepit, nimirum, vt ad actum iurandi adhibeatur miniſter eccleſiae chriſtianae, linguarum et hebraicae et Rabbinicae inprimis peritus, qui ex religionis iudaicae dogmatibus iudaeum ſeruandi Chriſtianis quoque iuramenti conuincat. vid. Celliſche Ober-Appellation-Gerichts-Ordnung *P. 2. Tit. 8. §. 21.* nebſt der Ao. 1729. publicirten Erläuterung und Verbeſſerurg der darinnen befindl. Form des Juden-Eydes. Nec aliud obtinet, cum ſingularis animi leuitas, aut peruerſa de Deo, rebusque diuinis opinio vndiquaque pellucet, quod hoc potiſſimum tempore fieri neceſſe eſt, quo eo res redit, vt

Eſſe aliquid manes, et ſubterranea regna
Nec pueri credant, niſi qui nondum aere lauantur.

vel etiam ſi quando reus reſeruationes, vt vocant, mentales ſibi fingere videtur, tunc enim ab iis ſe cauere iubetur per ſententiam. (c) Sed quamuis caeteroquin male non audiat is, a quo iurandum eſt, iurabit tamen praeſente Verbi diuini Miniſtro, ſi grauiſſima quaedam illi aduerſentur indicia, nec tamen poſſit res ſine iurisiurandi praeſtatione expediri. Fac actorem reo iuramentum detuliſſe, cum vero ille id praeſtare paratus eſſet, probatione rem omnem confeciſſe; cum iuramentum ſemel delatum ſit, non poteſt reus, qui iurare geſtit, ſine iuramento condemnari, quo caſu clerici praeſentia omnium maxime efflagitari ſolet. Perinde vt in eo, quum ſententia, etiam quae forte minus recte iurisiurandi neceſſitatem imponit, in rem iudicatam tranſiit, niſi dixeris, nouum hoc eſſe eius grauamen, qui iurabit, quod ipſi aduerſus iudicatum imponi non poſſit, vel ſi ex heredibus quidam idem aſſerit et fatetur, quod coheres iu-

reiurando negare cupit. Ex quibus omnibus cum consequens ſit, in ciuilibus negotiis non ſolere miniſtri adhortationem exigi, niſi maior paulo periurii metus exiſtat, facile apparet tantum non maculam aliquam eius exiſtimationi inuri, qui ſacerdotis opera a cauendo periurio monetur. Vnde non raro accidit, vt quibus id iudicis ſententia imperatum eſt, illi aut leuteratione interpoſita, vt Pragmatici noſtri aiunt, aut innocentiae deductione de eo ſollicite laborent, vt niſi ipſam iurandi neceſſitatem, ſaltem parochi conſpectum abs ſe amoueant. Erit hic locus non incommodus ad videndum, an liceat parti ſacerdotis veniam alteri facere, et ſine hoc illum in verba ſua adigere; Quod qui affirmant, illi ab eo, quod minus credibile eſt, argumento ducto, cum, inquiunt, ipſius iurisiurandi fieri venia poſſit, cur non et omitti clericus? Qui tantum de iure ſuo remittere poteſt, vt eorum, quae alteri iniuncta ſunt, omnino nihil exigat, quanto is potius eorum, quae iniuncta ſunt, minimum remittere valebit? VINC. MANCINVS *de Iuramento Parte IV. Effectu 187. n. 4.* Sed, ſi verum fatebimur, quod non niſi Clerico adſidente iurandi neceſſitas imponitur, id non tam ipſorum, quam reipublicae cauſa fit, cuius quam maxime intereſt, a ciuibus periuria prohiberi, vsque adeo, vt quamuis ipſa iuramenta omnino remitti, ſi tamen praeſtanda ſunt, absque hac ſolennitate iniuncta praeſtari non poſſint; idem dicendum eſt, vbi vterque iure ſe iurando ob mutuas iniurias purgare vult. In eo tamen doctores quosdam forte habebis conſentientes, iudicem, licet ſententia hunc modum admonendi praeſcribat, gratiam in eo nihiloſminus viro honeſto facere poſſe, vt ipſius exiſtimationi parcat, dummodo pars altera non contradicat.

(a) v.

(a) v. MARTINI *ad Ord. Proc. Sax. T. XIIX. §. 10. n. 55.* MENCKEN. *Tract. Syn. Proc. Sax. Tit. 18. §. 30.* RIVIN, *Enunc. 145. Tit. XVIII.* WERNH. *Obseru. 480. Vol. IV.*

(b) v. Cl. HEINECCII *Diss. de Lubricitate iurisiur. suppletorii §. IV.*

(c) quam a *Fac. Iur. Lips. M. Ian. 1701.* in caussa Fr. Julianen Catharinen Frauen von Schönburg, Klägerin, D. Johann Friedrich Freißlebens, Beklagtens, conceptam hoc modo inueni: Daß Klägers Suchen noch zur Zeit nicht statt hat, sondern es ist Bekl. zu dem ihm zuerkannten Eyd nach der fol. 124. enthaltenen Notul noch vorgehender schaiffen Verwarnung vor der schweren Straffe des Meineydes, worzu gestalten Sachen nach auch ein oder mehr Geistliche zu gebrauchen, schlechterdings ohne einzigen Vorbehalt, immaßen die fol. 151. von ihme gethane Erklährung nicht zuläßig, zu schweren schuldig.

§. VII.

Vidimus maximam in ea re personarum rationem haberi solere, an, et ipsarum iurisiurandi specierum habeatur, videamus. Sed quamuis negari non possit, omnium maxime in iuramento purgatorio vsu euenire, vt iuranti clericus adsidere iubeatur, tamen nec vllum est aliud iuramentorum genus, in quo non aliquando ipsius praesentia requisita sit, requiri sane potuerit. Iuramentum *malitiae*, quod vel propterea exigitur, quod aliquis mendacii metus adsit, eo facilius hanc solennitatem admittit. Quod et a senatu Prouocationum anno 1710. in caussa Roebiger contra Zschuncken, quam §.IV. allegaui, factum esse, sententia loquitur. Credulitatis, diffessionis, (a) calumniae, (b) suppletorium, (c) purgatorium, (d) quae vix sine omni hac suspicione praestari solent, nihilominus in conspectu ministri exiguntur. In *testium* iuramentis apud nostrates id vix contingere arbitror, quanquam nouerim in *Basileae statutis fol. 31.* a testibus etiam requiri, vt domi a Confessionario officii sui admoniti sint. (e) Vtinam hoc in nostris Prouinciis iu-

 dices

dices ſaltem iis in cauſſis tentarent, vbi de vita hominis agitur, aut inimicitiae et odii malum animos teſtium occupauit. In cauſſis *denunciationum* vero, vbi de conuiciis, vel aliis delictis leuioribus cognoſcitur, nunquam fere clericum Dicaſteria Lipſienſia requirunt. Neſcio an ſit operae pretium monere de iure iurando, quod per procuratorem praeſtatur. Quod ſicubi extra Saxoniam vſu ſeruatur, monente parocho minus recte praeſtabitur. Eum ſane, qui alius negotia procurando, in animum illius, quod dicitur, iurat, admonere nil attinet, cum ex mandato iuret, et ſolenne, quod iuſſus eſt, carmen recitet, minus ſollicitus, iure an iniuria id fiat. Alter, qui mandauit ſuo nomine deierare, quum praeſens ipſe non ſit, multo minus admonebitur; Vt adeo in eo, quod in alterius animam conceptum eſt, iuramento, omnis auiſatio iure ſuo ceſſet. Vnicus eſt LYNCKERVS, *qui in Diſſ. de Iuramento mandatarii in animam principalis cap. V. Theſ. 8.* inter ritus huius iurisiurandi, vt theologus huic actui a iudice etiam non implorato adhibeatur, refert.

(a) Omnium maxime frequentiores ſunt admonitiones ſacerdotales, vbi iuramentum diffeſſionis praeſtandum, et ſcripturae vel alienae vel propriae veritas eiuratur. Sic in Senatu Prouoc. Term. Hyberno 1715. in cauſſa David Zieglers, Klägers contra Gottlob Heinrich Gözen und Conſ. Beklagten pronunciatum eſt: Es wird aber, im Fall Bekl. Principalen die, von Klägern producirte Schuldt-Verſchreibung annoch vermittelſt Eydes zu diffitiren gesonnen, dabey geſtallten Sachen nach ein Geiſtlicher gebrauchet, zu dem Ende auch dieſe Sache an vorigen Richter remittiret. Et in *Curia Prou. Lipſ. Term. Luc. 1729.* haeredibus debitoris *von U.* in cauſſa contra MARTIN BOENIGKEN eadem admonitio iniuncta fuit, quam ſententiam in §. ſequ. apponam, it. *Term. Trin. 1733.* in cauſſa Studten contra Studten.

(b) VAL. WINTHER, in *Parthenio Litiogoſo Cap. II.* vbi *de Remediis contra malitiam Litigaturientium* ſuam exponit ſententiam, illud inter remedia coercendae malitiae numerat,

vt

vt iuramentum scilicet calumniae vitandae maiori cum solennitate praestetur, aut in iudicio, aut coram commissariis singulariter ad id deputatis, adhibito vno et altero Theologo, quia iusiurandum est spiritualis quaedam tortura. *Socin. Cons. 253. col. 2. pr.*

(c) Vid. Responsum *Fac. Vitemb. m. Dec. 1719.* datum et a DN. WERNHERO *Obs. 480. Vol. IV.* insertum.

(d) Sic in caussa der Gemeinde zu Wundersleben contra I. A. F. von Wittern und Cons. domini iurisdictionales praescriptionem iuris habendi furnum bannarium vrgebant, subditi vero actus contra singula membra obtentos possessorios esse negabant, quamobrem absolutoriae sententiae tum in Curia Prou. Lips. *Term. Luc. 1705.* tum in Senatu Dresdensi *Consil. aestiuo 1707.* quidem sequebantur, quas exhibet, Dn. BERGER *in Suppl. ad El. Disc. for. P. II. Tit. 5. n. XI.* verum sequenti *Consil. hyberno 1708.* aliud visum Senatui et absolutoriam non nisi purgatorium praesente sacerdote iuratum fuerit, sequentem in modum confirmabant: Würden nun Appellatens Principalen durch dreye oder viere ihres Mittels, so die beste Wissenschafft haben nach vorgehender scharffen Verwarnung vor der schweren Straffe des Meineydes, worbey auch ein Geistlicher zu gebrauchen, sich vermittelst Eydes reinigen, und daß sie, ihre Litisconsorten, und Vorfahren weder insgesammt, noch zum Theil über rechts verwährte Zeit, nemlich 31 Jahr, 6. Wochen und 3. Tage vom 8. Maii 1699. zurücke zu rechnen, in der Appellanten und ihrer Vorfahren Backoffen zu Zwange nicht backen müssen, schweren, so sind sie von der angestellten Klage zu entbinden und loß zu zehlen.

(e) Verba: Wann dann die Zeugen angenommen und zugelassen sind, und nachdem dieselben ein Zeugniß von ihrem Seelsorger, daß ihnen der Eyd genungsam explicirct worden, und sie solchen zu praestiren im Stande seyn, aufgewiesen haben 2c.

§. VIII.

Adnotabimus hoc loco quaedam de *Iudicibus*, aut *Collegiis*, a quibus arcessi clericus soleat. Superiora iudicia, qua appellatione tribunal summum Principis et curias prouinciales comprehendimus, vti in criminalibus caussis non cognoscunt, ita nec in ciuilibus, nisi perquam raro ecclesiastis accessum vrgent. Fallor, aut potest haec reddi eius rei ratio, tum quod coram his iudiciis honoratiores plerumque litigent, quos eius rei non satis gnaros,

gnaros, aut peieraturos esse minus verosimile est, tum quod Collegium Senatus vel Curiae Prouincialis admonitiones, prout conditio personarum id exposcere videtur, optime instituere, imo vbi opus erit, absque sententia clericum adsciscere possit. Sed quamuis rarius, aliquoties tamen in his etiam collegiis fieri certum est, et in senatu Electorali in caussa, quam aliquoties allegauimus, *Roebiger* contra *Zschuncken* anno 1710. et in Curia Suprema Prouinciali Lipsiensi non ita pridem Term. Luciae 1729. exactum id fuisse mihi constat. (a) Quod si vero Clerici de cauendo scelere alloquium necessarium videtur, solet nonnunquam in iudicii superioris pleno congressu (b) aliquando per deputatos aliquot assessores, ille actus expediri. (c) Omnium saepissime iudici inferiori, praefecto forte Regio committi. (d) Neque illud hoc loco praetereundum est, quando ad illa, quibus clerici adsident, collegia ICti rescribunt, solenni illa formula: **Wobey ein Geistlicher zu gebrauchen**, vti non solere. Quod videre inprimis est in Consistoriis, (e) tum et in Academicis Magistratibus, quibus plerumque Theologi intersunt, nec non vbi Superintendens simul cum seculari iudice vi commissionis in delictum pastoris inquirit, ceu visum *Fac. Iur. Lips.* in sent. *mense Augusto* huius anni concepta an die Land-Stube zu Leipzig. An quoque id obseruandum sit, cum clericus iurisdictionem, siue in praedii, quod ad ipsum proprio iure pertinet, subditos, siue in dotales suos in patrimonio habet, nunc nihil definio. Honestum sane et laudabile est, etiam tum hoc officii, sed gratis in se suscipere, ne quod ipse exsequi commode poterat, ab alio non sine mercede et sumtu expetendum sit.

(a) Sen-

(a) Sententia cum Rationibus haec erat: Auf Vorbringen, auch beschuldigten Ungehorsam und erfolgte Gesetze, Anwalden Martin Bönicks, Klägers an einen, Johann Adolphs von U. und dessen fol. 112. b. benandten Consorten, Beklagten andern Theils Erk. Daß weder Klägers noch Beklagtens Suchen statt hat, sondern es werden Beklagtens Principalen zu der ihnen nachgelaßenen eydlichen diffession derer Documente sub N. 1. 2. 3. 4. und 6. iedoch nach vorgehender scharffen Verwarnung vor der schweren Straffe des Meineydes, wobey auch ein Geistlicher zu gebrauchen, des beschehenen Einwendens ungeachtet, billich zugelassen, ferner darauf zu beschehen was recht ist. V. R. W. Rat. Dec. Dieweil dasjenige, was in §. 5. Tit. XXV. der erleuterten Proceß-Ordnung versehen, lediglich vom processu ordinario anzunehmen, in processu executino hingegen die recognitio per testes nicht statt hat, immaßen auch Kläger bereits vormahls fol. 47. b. und 53. damit rechtskräfftig abgewiesen worden, und wenn gleich sonst einem Kläger, da er den Beklagten zur eydlichen Diffession nicht lassen, sondern lieber ordinarie klagen will, solches zu thun regulariter gegen Erstattung derer Unkosten unverwehret; Dennoch fol. 20. und 29. bereits res iudicata verhanden, daß Beklagtens Principalen zur eydlichen Diffession zuzulassen, nach dessen Erfolg Kläger nach Maßgebung §. 9. des Anhangs der erleuterten Proceß-Ordnung mit dergleichen Renunciation ferner nicht zu hören; Hingegen so viel Bekl. Ungehorsams-Beschuldigung und Suchen fol. 112. b. seqq. betrifft, ratione iuramenti diffessionis, daß im Fall der Product durch des producenten Schuld und Contradiction an dessen Leistung verhindert wird, solches pro praestito anzunehmen, in Rechten nirgends versehen, an sich selbst auch Kläger unterschiedliche, nicht gantz unerhebliche Ursachen, der intendirten Diffession zu widersprechen gehabt, gestalt denn, so wohl aus derer Zeugen eydlichen Aussage fol. 63 b. seqq. ad art. 8. 9. 10. 11. 12. 13. und 14. und ad Interr. des 10ten Articuls, als auch aus der, bereits von zweyen Miterben derer Beklagten fol. 69. und 78. beschehenen Recognition ein ziemlicher Verdacht eines zu besorgenden Meineydes wieder Beklagte sich herfür thut, zu dessen Vermeydung man die Zuziehung eines Geistlichen bey künfftiger admonition dienlich zu seyn erachtet, So ist von uns gesprochener maßen billig erkannt.

(b) Apparet hoc ex Protocollo Regiminis Electoralis et actis iam allegatis ROEBIGER contra ZSCHVNCKEN: Reg. den 21. Ian. 1711. Nachdem in heutigen Termino ex officio prorogato Johann Georg Röbiger sich anderweit angeben, und zu Ablegung des Eydes fol. 5. Act. Com. für die Herren Räthe gelassen worden,

haben dieselben, so wohl als die hierzu erforderten Geistlichen Herr M. Becker und Herr M. Fleischer, de vitando periurio möglichste admonition und Vorstellung gethan, es ist aber Röbiger dabey geblieben, daß er das Iuramentum malitiae mit guten Gewissen abschweren könnte, und hat solches, wie es fol. 5. Act. Com. zu befinden, actu corporali von Wort zu Wort abgeleget. A. C. Hahn, S.

(c) Ex iis, quae Dn. BERGER *in El. Disc. For. Tit. XIIX. Obs. XII.* refert, videndum est, status prouinciales huius Electoratus speciatim quoad Curiam Prou. Lipsiens. monuisse, vt inposterum honoratiores et mulieres remotis hospitibus in Conclaui separato iurare licitum esset, ne ob frequentiam hominum a iurando absterreantur. Sed miror illustrem virum huic desiderio subscripsisse, et morem hunc iurandi receptum tanquam singularem merito abolendum esse, iudicasse, cum statim aliud monitum n. 2. subiiciat huic pro parte contrarium, quod nimirum ingrauescente hominum malitia augmenta solennitatum, rituum et imprecationum, imo admonitionis per Clerios suadenda et recipienda sint, quae omnia sane, vt mihi quidem videtur, cum maiori iurantium molestia coniuncta erunt, quam praeeuntem verbis conceptis sequi in pleno Iudicii consessu.

(d) In Curia nostra Prou. casus factae admonitionis per ministrum Ecclesiae forte non obuenit hinc aduocatus caussae iam allegatae Term. Rem. 1730. ex ea ratione, quod insolitum hoc esset remedio Leuterationis, quod vocant, mitiora vota quaerebat, ast irrito conatu, cum prior sententia, quam supra post lit. a. inserui, confirmata fuerit ex his Rationibus: Dieweil ex deposit testium fol. 64. sqq. eine ziemliche Vermuthung, daß derer Bekl. Vater die producirten Wechsel würcklich unterschrieben, erwächset, und eine Verwarnung de vitando periurio mit Zuziehung eines Geistlichen vor nöthig erachtet worden, diese auch an sich selbst denjenigen, so den Eyd mit guten Gewissen leisten kan, zu keinem Nachtheil gereichet, so wohl der Umstand, daß bey diesen Iudicio einen Geistlichen hiebey zugebrauchen ungewöhnlich, nichts zur Sache thut, da die bißherige Obseruanz das arbitrium Iudicis nicht excludiret.

(e) Singulare fuit, quod olim in Consistorio Lipsiensi in caussis matrimonialibus, vbi iusiurandum solenne praestandum erat, obtinuit. Iuraturus enim vna cum Assessoribus huius Synedrii et aduocatis pedes ibat ad Templum Academicum, Diuo Paulo dicatum, et coram altari iuramentum praestabat.

§. IX.

Sed etiam inferioribus in iudiciis nonnunquam accidit,

cidit, vt quod coram ecclesiae ministro praestandum videbatur, id eo absente praestetur. Scilicet cum is, qui antea aderat, periurii metus, rursus euanescat, atque illud, quod antea admonitionem ipsius desiderabat, grauamen cessit; Sic cui, praeuia parochi admonitione de veritate iurandum fuisset, illius, si interea temporis decesserit, liberi de eo, quod ipsis verosimile est, non aduocato sacerdote, recte iurabunt. Ea, quae dixi, illustrabuntur sententia Ordinis Iur. Vitebergensis, qui, cum antea in caussa Ehrenfried Müllers, contra Adam Bachmannen, *a Fac. Iur. Lips. M. Ian. 1727.* versus Oelsniz reo: Würde Bekl. nach vorgehender scharffen Verwarnung vor der schweren Straffe des Mein-Eydes, wobey auch ein Geistlicher zu gebrauchen, vermittelst seines leiblichen Eydes sich reinigen, und daß er die Appellation fol. 16. nicht eingewendet, auch von jemand anders oder seinem Aduocato solche in seinen Nahmen mit seinen Wissen und Willen nicht eingewendet worden, schweren ꝛc. iniunctum esset, ipso demortuo *M. Apr. 1728.* ita respondit: Jedoch mit dieser Erklährung, daß Bekl. Principalen hinterlassene Erben den Eyd wegen der eingewendeten Appellation mit Weglassung des Geistlichen bloß de credulitate abzuschweren pflichtig, additis his decidendi rationibus: Weil in caussis ciuilibus nicht leichtlich auf die Zuziehung eines Geistlichen bey denen abzulegenden Iuramenten zu erkennen, auch derjenige Verdacht, welcher sich vormahls bey Bekl. Principalen ereignet, auf dessen hinterlassene Erben nicht zu appliciren ist. Sed an in arbitrio solius Iudicis positum sit, de indiciis, quatenus cessent, cognoscere, et clericum remouere, dubitare licet, rectius ergo prudentiores iterum consulit. Aliud dicendum, vbi impedimentum morbi, tempore pestis ingra-

uescentis, vel belli, aut loci distantia sacerdotis aduentum difficiliorem reddit, tunc enim iudici nihil imputandum.

§. X.

Quem nobis praescripsimus, ordo postulat, vt nunc dispiciamus, ad quemnam clericorum iure pertineat hoc munere fungi. Et ex quo Ecclesia in paroecias suas, vti saecularis iurisdictio in *districtus* descripta est, vix dubito, hoc quicquid est, officii parocho loci ita competere, vt iure cogendi prohibendique aduersus extraneos recte vti possit. Vt taceam eo rectius illum adhiberi, quo facilius is suorum, et forte ipsius illius, qui iurabit, mores pietatemque perspectam habet, quoque inde commodius vel ex vitae genere vel scientia priuata et confessione iuraturum cum effectu, vt dicunt, admonere queat. Quanquam et facile quaedam contingeri possunt, quae non tantum alium recte arcessi permittunt, sed etiam vt arcessatur, requirunt. Interdum ipsius parochi refert, iurari, aut non iurari, vel quod iuramentum litem, quae cum parocho agitur, decidat, vel quod ob alias caussas aut existimationi ipsius, aut rei familiari aliquid accedat, quo casu non quidem necessario consequitur, eum affectui aut partium studio aliquid daturum esse, et si verum fatebimur, quicquid monendo, hortando, minitandoque agat, id iuraturo fraudi aut praeiudicio esse, et vel inuito iurandi necessitatem imponere, aut iurare parato eius rei arbitrium auferre nequit. Est tamen, me Iudice, non tantum ex sacerdotis parte honestius longe et Viro graui dignius, quod sui commodi gratia et in suam rem fecisse videri poterat, alii relinquere, et de iure suo, etiamsi perfecto, remittere; sed iudex quoque aequius, rectius, et iuri omni conuenientius suspicioni locum praescindet, et si reus aduersus ordinarium exci-

excipiat, alium, quantumuis incompetentem, adhibebit. Quodammodo huc referri poſſe videbitur, quod ICtorum Lipſ. Ordo Anno 1706. reſpondit, cum conſulti eſſent de poena eius, qui miniſtros eccleſiae Z. et officium generatim omnium miniſtrorum petulantibus, et procacibus quibusdam dictis proſciderat. Addiderunt enim ſententiae: Daß er denen Dienern des Göttlichen Wortes, jedoch geſtalten Sachen nach, andern, als denen, ſo ſich im Miniſterio zu Z. befinden, zu untergeben, welche ihm den rechten Verſtand der angezogenen Worte, und wo er ſonſt irrige Meynung von dem Prediger-Amte hat, iedoch mit gebührender Sanfftmuth und Beſcheidenheit anzeigen ꝛc. In ſententiis Dicaſteriorum Vitenbergenſium reſtrictionem ad locum deprehendi, in verbis: ein oder mehr Geiſtlichen des Orts. (a) Nec tamen putauerim a Clero poſſeſſionem quandam, nedum praeſcriptam in eiusmodi actibus miniſterialibus allegari poſſe. (b) Confeſſionarium quoque prae ceteris ad hunc actum admonitionis Eccleſiaſticae recte vocari certum eſt, tum ex ſententia Doctorum, tum Collegiorum Iuridicorum. (c) Accedit authoritas *Ordin. Crim. Car.* quae vbi ſacerdotem adhiberi ſuadet, illum, qui damnato a Confeſſionibus eſt, plerumque nominat, vid. *Art. XXXI. LXXIX. CIII.* Conſiſtoria vero vbi de Clerico in actu torturae vel ſpiritualis vel Corporalis adhibendo interrogantur, ad Diaconi et quidem hebdomatarii officium illud pertinere volunt, id quod reſcriptum ſupra §. V. lit. a. allegatum, et aliud ad praefectum Bornenſem, huic paragrapho adiectum, loquuntur. Numerum quod attinet, vnum Sacerdotem in hoc actu ſufficere dicendum eſt. Solent tamen nonnunquam, vbi perfidiae metus accedit, et homo praefractae frontis monendus eſt, plures

adhiberi, quae res stylo consueto Iudicis arbitrio plerumque committitur: wobey auch ein oder mehr Geistliche zu gebrauchen, habita quoque loci ratione, nimirum an ad actuarium Iudicii cuiusdam pagi, an ad magistratum Ciuitatis, vel alius cuiusdam loci, vbi facili negotio plures ex Ordine Clericorum conuocari possunt, sententia concipiatur, et priori quidem casu vnicum saltem, rarius duos adhiberi iudicat Facultas Iur. Lips. Nonnunquam vt duo arcessantur in sententia expressis verbis exigitur, quod obseruaui a Scab. Hallens. m. Nou. 1715. versus Wollmirstedt factum fuisse, cum et mater, et filia de infanticidio commisso admonendae essent. (d) Quid autem obtinebit cum Iudaeo vel homini diuersae ab ea, quam iudex sequitur, religioni addicto purgatorium praesente Clerico praestandum est? In Iudaeo quidem iuraturo apud nos verba illa: in Beyseyn eines Geistlichen, omitti solent in sententiis, licet vel maxime tunc admonitione graui opus sit, sed vt Doctor ex ipsius Synagoga, quem Rabbi vocant, adsit, non permittitur, praeprimis cum de eo, vt serio admoneat fratrem in caussa cum Christiano suscepta, vel delicti, vix sperari liceat, et Iudaeus in superstitionibus non sit confirmandus, quae etiam caussa est, quare illi, qui propter delictum capitale incarceratus, neque in carcere, nec dum ad locum supplicii trahitur, vt illi Rabbinus adsistat, concedatur, ne quidem eo in loco, vbi exercitium Iudaicae religionis toleratur. (e) In illis vero, qui cultum Ecclesiae Romano-Catholicae sequuntur, quoties per Clericum admonendi sunt, diuersa ratione iudicatum fuisse scio. Sic an. 1704. hic Lipsiae delicti grauioris rea, Magdalena Mauricin, ex sententia Scabinatus torquenda erat, praesente Sacerdote, quam cum religioni Pontificiae addi-

ctam

ctam esse cognosceret Iudex, re ad Senatum sanctiorem Regis Potentissimi delata, vt a solo Iudice admonitio illa fieret, imperatum fuit. Ad hoc exemplum se componebat magistratus Ciuitatis Budissinensis, vt M. Aprilis 1711. Christian Kindermann, eidem religioni addictus admoneretur a solo Praetore et Scabinis, licet Clerici in sententia mentio facta fuisset. Collegium Fac. Iur. Lips. hoc ipso anno, cum se purgare iussus erat homo religionis pontificiae, quod quidem ex actis non apparebat, ministrum Ecclesiae Lutheranae adhiberi posse censuit; quamquam eiusmodi Clericus inuito reo non obtrudi queat. De eo quoque in Consistoriis cognitionem institutam fuisse noui, an si verbi Diuini minister ad hunc actum admonitionis vocetur, Superintendenti eius rei notificatio et actorum transmissio fieri debeat? Cuius quidem requisitionis necessitatem iure exigi existimauerim, quamuis huiusmodi actus ministeriales saepius absque praescitu Ephori expediri videamus. Interim cum Praefectus Bornensis an. 1725. hac de re quaestionem moueret, Consistorium Lipsiense Superintendentem requirendum esse communicatis Voluminibus Actorum, (f) rescripsit.

(a) v. Sent. ap. GRANZIVM, *in Defens. Inquis. Cap. V. Membr. II. Sect. III. p. 549. n. 9.*

(b) Negauit hoc Ordo *ICtorum Lips.* in responso *M. Iun. 1708. versus Vitebergam* dato.

(c) Illud asserit Dn. HEIL *in Tract. Crim. Cap. IV. §. 15.* hoc vero probat Sent. *Scab. Hallens.* quam exhibet PVTONEVS *Enunc.. XXVII. pag. 153.* in verbis: Wozu auch sein Beicht-Vater zu gebrauchen.

(d) Verba erant: Als ist nochmahls in loco Iudicii bey publication dieses Urthels beyderseits Inquisitinnen mit Zuziehung ein paar Geistlichen auf das allerbeweglichste aus der heiligen Schrifft Vorstellung zu thun.

(e) Ita pronunc. *Scabinatus Lips. M. Sept. 1703.* in Sententia ad Sena-

Senatum Dessauiensem directa. Caussas denegationis deducunt CASP. ZIEGLER *in Diss. de Iuribus Iudaeorum*, cap. IV, §. 32. LVDOVICI *ad Const. Crim. Car. art. 102.*

(f) Rescriptum Consistorii sequentis tenoris erat: Wir haben verlesen, was an Uns ihr vor Beschwerden über den Sup. jeners Orts wegen der Geistl., welche bey denen im Amte abzulegenden Eyden die admonitiones zu verrichten pflegen, geführet. Wann dann bey Uns besagter Sup. daß vormahls nicht nur bey denen Stadt-Gerichten, sondern auch in dem Amte euers Orts, üblich gewesen, wenn die Diaconi zu dergleichen Verrichtungen nöthig gewesen, denen Superintendenten hiervon nebst Communication derer Acten, Nachricht ertheilet worden, diese auch darauf das behörige an die Diaconos verfüget, wir auch solches vor billig erachten; Alß begehren, im Nahmen ꝛc. ihr wollet es bey dem Herkommen lassen, auch ferner weit in dergleichen Fällen bey dem Sup. oder, in dessen Abwesenheit, bey dem gegenwärtigen ältesten Geistl. deswegen, und zu rechter Zeit, Meldung thun lassen. Dat. Leipz. den 21. Nou. 1725. D. B. D. C. und F. S. C. D.

§. XII.

Sed solent nonnunquam ipsi Clerici, vt hoc muneris defugiant, allaborare. Qui si idonea nulla ratione excusentur, neque alius, qui id suscipiat, praesto sit, non dubium est, quin compelli, et ad hunc actum perficiendum adigi possint. Quod ex *Ludouici Processu Criminali* supra attuli, id et ipse aliquoties factum esse memini, vt indecorum, vile, certe non dignum persona sua suoque munere putauerint, eandem cum tortore rem agere, et qui in equuleo est, eum de eo, quod res est dicendo, admonere. Sed et memini tum a Consistorio officii sui commonefactos, atque ad quod rogati erant, praestare iussos esse. (a) Sunt nonnulli homines ita timidi, ita delicati, vt non sine horrore carnificis minas, tortorum strepitus, et miseri hominis lamenta, et eiulationes audiant. Quod si horum vnus sit sacerdos, cuius exigitur praesentia, tum arbitror, aut ab eo, qui vocatus, aut a suo iudice

iudice eius rei veniam impetrabit, ſuopte auſu vero officium recte non defugiet. Imo quamuis forte, (vt ſunt nonnulli adeo ſuſpicaces) eam parochus imbiberit animo ſententiam, non eſſe licitum aut legitimum iuramenti aut tormentorum in republica vſum, nihilo tamen minus exinde iudici operam accommodare ſuam, et qui iurabunt aut torquebuntur eos officii commonefacere recte et ſaluo officio, ſalua fide poteſt. Sequitur ea in re Catonis Vticenſis exemplum, qui leges, quas prohibere non poterat, vi et iniuria latas, et ipſe obſeruauit, et iureiurando confirmauit. Nam, vt eleganter ait Cicero, ab eo, quod omnino ne fiat, fieri non poteſt cum periculo diſſentire, temeritatis eſſe videtur, vt niſi eius rei gratiam princeps faciat, ne hoc quidem argumento recte excuſentur.

(a) Reſcriptum *Conſiſt. Lipſ. de an. 1709.* ſuperiori *§. V.* adiectum eſt, cui merito iungenda ſententia *Scabinatus Lipſ. ad* I. E. ROEMERN *verſus Beyernaumburg, M. Febr. 1711.* contra M. Weyden Daß im Fall kein Geiſtlicher, welcher obgedachten Weyden vor der ſchweren Straffe des Meineydes verwarne und bey der Eydes Leiſtung ſey, zu erlangen, ſondern diejenigen, welche Gerichts wegen hierzu erſuchet werden, ſich deſſen ferner verweigern, ſodann die Sache an das geiſtliche Conſiſtorium zu berichten und deſſen Verordnung hierauf zu erwarten.

§. XIII.

Dicendum nunc eſt de *officio* Sacerdotis, qui iuraturum admonere requiſitus fuit, nec non de *Honorario* quod ei debetur. Cum vero plurima circa haec Capita in medium proferri prohibeat et inſtituti et temporis ratio, ſpecialiori deductioni ea reſeruamus.

COROLLARIA.

I. *Officiales ſingulis annis recte iureiurando adſtringuntur nec tanquam multiplicatio illicita iuramentorum diſſuadenda eſt haec conſuetudo.*

II. *Omni Iuramento merito inſerenda eſſet conteſtatio quaedam, ad excludendam reſeruationem mentalem.*

III. *Anatociſmus ad vſurariam prauitatem minus recte refertur.*

IV. *Pactum de quota Litis nihil iniqui pro ſtatu hodierno Ciuitatum extra Electoratum Saxoniae continet.*

V. *Ex diſpoſitione Ord. Proc. Ciu. Vratislauienſis Iudaeo iuranti iniungitur*, daß er mit bloßen Füſſen auf eine Schweins-Haut treten ſolle, *et hoc quidem recte.*



